Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen; Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81
Signatur:	Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ſ. In vigilia petri et pauli

venite prandete. Et nemo audebat
diſcumbencium interrogare eum. tu
quis es? Scientes quia dominus eſt. Et venit
ihesus. et accepit panem et dabat eis:
et piſcem ſimiliter. Hoc iam tercio
manifeſtatus est ihesus diſcipulis ſuis
cum reſurrexiſſet a mortuis. Cum ergo
prandiſſent: dicit ſymoni petro ihesus
Symon iohannis diligis me plus
hys? Dicit ei. Etiam domine. tu ſcis
quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos
meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis
diligis me? Ait illi. Etiam domine.
tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce
agnos meos. Dicit ei tercio. Symon
iohannis amas me? Contriſtatus est
petrus quia dixit ei tercio amas me: et
dicit ei. Domine. tu omnia ſcis:
tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce
oves meas. Amen amen dico tibi
cum eſſes iunior cingebas te et ambu
labas ubi volebas. Cum autem ſenueris
extendes manus tuas. et alius te cinget
et ducet quo tu non vis. Hoc autem
dixit: ſignificans qua morte clarifi
caturus eſſet deum. Et hoc cum dixiſſet
dicit ei. Sequere me. Converſus
petrus: vidit illum diſcipulum quem
diligebat ihesus. ſequentem. qui et
recubuit in cena ſuper pectus eius et
dixit. Domine quis eſt qui tradet te?
Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dicit
ihesu. Domine? hic autem quid? Dicit
ei ihesus. Sic eum volo manere donec
veniam. Quid ad te? tu me ſequere.
Exivit ergo ſermo iſte inter fratres
quia diſcipulus ille non moritur. Et
non dixit ei ihesus non moritur. ſed
ſic eum volo manere donec veniam
quid ad te. Hic eſt diſcipulus. qui
teſtimonium perhibet de hys: et
ſcripſit hec. Et ſcimus quia verum eſt
teſtimonium eius. Sunt autem et alia
multa. que fecit ihesus: que ſi ſcribantur
per ſingula. nec ipſum arbitror mundum
capere eos qui ſcribendi ſunt libros ..

Johannis xxi^te.

Saule saule quid me perſequeris Ego ſum ihesus

Incipit prologus beati Iheronimi
presbiteri: in epiſtolas beati
pauli apoſtoli ..

Primum quidem queritur
quare poſt evangelia
que ſupplementum legis
ſunt. et in quibus nobis
exempla et precepta vivendi
pleniſſime digeſta ſunt: voluerit
apoſtolus has epiſtolas ad ſingulas
eccleſias deſtinare. hac autem cauſa